



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

4. Rationum reddendarum, iure & æquitate forma præscripta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

qui vel officio iudicis nobili, vel actione in factum exigi possunt rationes cum eo, quod interest l. si quis ex S. ex hoc edicto. ff. de eden. Et hos ¶ locos ut scias rectè huc adduci, meminisse oportet, unam esse omnium administratorum honestatis regulam, quæ vult, ut de alienis rebus rationes conscribant, exhibituri quoties opus est. Ergo à simili ad omnes referendum est, quicquid de vno (quatenus huc pertinet) sancitum legimus.

Forma autem rationis reddendæ ¶ talis 4 prescribitur iure & æquitate. Prima, Omnis ratio est reddenda boni viri arbitrio l. Thais ancilla. ff. de fideicom. liber. Sorore sua (inquit Scæuola) hærede instituta, de seruis ita cauit.

Βόλομαι καὶ παρακαλῶ γλυκίστην ὡς ἀδελφὴν, ἐν παρακατὰ δὴ κη εἶχεις Στίχον καὶ Δάμαρ τὸς πραγμάτευτάς μου, οὓς ἐγὼ τὴν ἡλεθίρωσα, ἀχρὶς ἂν τὸς ψύφους ἀποκατὰ σίσωσιν. ἐὰν δὲ καὶ σοὶ ἀρέσωσιν, ἐμνηνύσασοι τὴν γνώμην μου.

Hoc est: Volo atq; obsecro dulcissima mea soror, ut Stichum. & Damam actores meos tibi commendatos habeas quos ego tantisper

manumissos esse nolo, donec rationes reddiderint. Sanè si tibi quoq; placuerint: significavi tibi mentem meam. Quæro, si paratis auctoribus hæredes libertatem non præsent, dicendo, eos non placere sibi: an audiendi sint? Respondit. Non spectandum, quid hæredibus displiceat: sed id, quod viro bono possit placere, ut libertatem consequantur.

5 Secunda. Rationes † sic reddenda sunt, ne vel administrator. vel is, ad quem administrare res pertinent, sit nimium delicatus. Nam sicut in rationibus ad commodum rei gestæ nihil præteriri debet, ita ex diuerso sumptus bona fide factos nõ oportet repudiare, ut indemnitate consequatur administrator l. 1. ff. de tutel. & ratio. distrahen. Si pupillis (inquit Ulpianus) tutores pater dederit, interq; eos & libertum suum, per quem voluerit tutelam administrari: & tutores certam summam ei statuerint: quia aliter se exhibere non poterat: habendam eius rationem, quod statutum est, Mela existimat. Ergo & si ex inquisitione, propter rei notitiam fuerit datus tutor, eiq; alimenta statuerint contutores, debet eorum  
ratio-